

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Geschichte der Benediktinerabtei St. Peter auf dem
Schwarzwald**

Mayer, Julius

Freiburg i. Br. [u.a.], 1893

4. Professio F. Antonii Hoffmann

urn:nbn:de:bsz:31-32155

sancti Benedicti: coram Deo et Sanctis eius in hoc monasterio, quod est constructum in honore beatorum Petri et Pauli apostolorum: *in presentia reverendi patris et Domini Iodoci Keisers huius loci abbatis, quod chyrographo meo attestor proprio.*

4.

Professio F. Antonii Hoffmann

21. Oct. 1573.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, Amen. Anno a Nativitate eiusdem Sesquimillesimo Septuagesimo Tertio, Die vicesima prima Mensis Octobris.

Ego Frater Antonius Hoffmann ex Friburg Brigawiae, Promitto stabilitatem, et conversionem morum meorum, et obedientiam secundum Regulam Sancti Patris nostri Benedicti, coram Deo, et Sanctis eius, et quorum Reliquiae habentur in hoc Monasterio, quod constructum est in honore Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, in praesentia Reverendi Patris ac Domini Danielis Abbatis eiusdem Coenobii. *Ad huius igitur rei maiorem evidentiam et fidem, hanc professionem meam, nunc a me distincte prolatam, propria manu scriptam, signoque sanctae Crucis subsignatam (ac meipsum offerens) trado atque dedico, inprimis Deo, et omnibus Sanctis eius, atque huic Monasterio, Reverendisque Dominis meis, Abbati, totique Conventui eiusdem Congregationis.* Datum et Actum Die et Anno quo supra.

†

5.

Professio F. Ioannis Weneri Breining

1. Maii 1584.

Ego F. Io. Wenerus Breining Enshemianus offerens trado meipsum huic Monasterio Sancti Petri Apostoli in Nigra Sylva et promitto R. D. Ioanni Ioachimo Minsingero eiusdem Monasterii *Praelato*, suisque Successoribus canonicè intrantibus, obedientiam et reverentiam debitam *secundum regulam canonicam* Sancti Pat. Benedicti. Promitto etiam coram Deo, et omnibus Sanctis: eidem Abbati et Conventui eiusdem Monasterii, *praesenti et futuro*: Stabilitatem, morum meorum emendationem in hoc loco, et *renuncio propriis, atque me servaturum castitatem et continentiam: in quantum humana fragilitas permiserit.* Amen.